

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 52

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 112.

112.

Cod. LII.

Vossius de Poëtis lat. Mich. a. f. Jof. Biblioth.
 Crit. T. 4. p. 204. Fabric. Bibl. m. et inf. lat.
 T. VI. p. 168.

Cod. LII.

Chartac. Fol. 50r. 15.

3.
4. 16

P. Terentii
 Comœdia.

P. Terentii Comœdia sex, perpetuo Comentario
 illustrata, integre quoque sunt, ac eodem ordi-
 ne, quo eas edidit Westerkorius, Haga-
 dum, 1726. 4. nempe: Andria, Ernuclius, He-
autimorumens, Adelphi, Heclira, et Normia.
 Sed quis Comentator? hic Rhodus, hic Solta!
 Non Donatus Grammaticus, nam pagina 2^a Er-
 nuclii, voce Argumentis nominatim adducitur:
 sicut dicit Donatus. Non Calphurnius, hic enim
 in Heauton. in illud: cui partes Senii Poeta de-
 desit, ita comentatur: Per senem se ipsum in-
 deligit, quia jam senio sit confectus, noster
 autem Calliopium designari putat: quia, inquit,
 recitator Calliopius erat Seneca et. Ergo Ca-
 graphius? de quo in edit Westerkorii (S. I. p. 218.
 in nota 17. R legitur: "Eugraphius mediæ ori-
 grammaticus Calliopium fecit recitatorem Tr Plau-
 dite"; id quod cum Comentatore nostro quam
 maxime convenit, siquidem pag 1. dicit: "Notan-
 dum tamen, quod iste Terentius volens fabu-
 las suas favorabilius a Romanis recipi, recita-
 bat eas per quendam nobilem Romanum Calliopi-
 um." Et in fine Andria comentatur: "Completa

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 52

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 113.

Cod. LII.

113.

"Comedia ait Caliopius O vos audientes valetis plaudere
 "te - - - Ego Caliopius recensui et recitari". Quae
 verba singulis subiecta leguntur Comediis, tertia
 excepta, ubi deest. recitari. Verum hoc licet satis
 verosimiliter pro Eugraphio loquantur, tamen
 Commentarii nostri auctor haberi nequit, ob nimiam
 quae nostrum inter et eum, quem Westerkhorius
 in editione Terentii T. 2. post pag. 1240. publi-
 ca lucis fecit, existit, diversitatem.

Auctor itaque incertus; Commentarius autem pla-
 nus, integer, et prolixus. Initium hoc: "Circa ex-
 positionem huius libri, qui Terentius dicitur,
 "quoddam prolixa sunt. Et primo quis auctor,
 "secundo quae materia, Tertio quis finis. Auctor
 "huius libri legitur fuisse Terentius Africanus
 "Civis Chartaginensis, quem Scipio Africanus inter
 "alios captivos Romam adduxit destructa Charta-
 "gine. Aunc autem propter probitatem et sa-
 "pientiam ejus Scipio vita donavit". etc.

P. Terentius Afer, natus Carthagine ante Chris-
 tum 192. Romam venit servus; sed ob ingenii
 ac formae elegantiam a Terentio Lucano senatore
 manumissus. Sex ejus Comediae, quae supersunt,
 ob stili puritatem ac simplicitatem ab omnibus
 rerum censoribus maximi fiunt. Obiit teste Eu-
 lebio a. d. Urb. cond. 99. ante Christum 155. a. a.
 Lij 97. Vid. Edit. Westerkhorii Supra cit. in pro-
 legom. Fabric. Bibl. lat. T. I. l. I. c. 9. p. 29.

Qui codex non ipsas comedias Terentianas conti-
 net, sed solum commentarium Jacobini Man-
 tuani, amici Petrarchae poetae.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 52

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=1745

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)